Feria Secunda post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

Grocholscy Mater cum Filijs Zagorowskiey Cedunt. 616

Comparentes personaliter coram Officio et Actis p̄sentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliens. Gnosa Anna de Skumowo, olim Gnosi Petri Grocholski Consors, derelicta vidua, bonorum generaliter omnium, morte p̄dicti mariti sui derelictorum, Domina Advitalis et Reformatoria: et Paulus atq Bartholomeus Grocholscy fratres inter se germani, eiusdem olim Gnosi Petri Grocholski filij, sani mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneal. Premysliens. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam, libere, publice, ac p̄ expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognovit. Quia ipsi de omni et integro Jure suo infrascripto, nempe de Inscriptione Terresti Premysliens. primum et originaliter per olim Gnosum Constantinum Korniakt, Gnosae olim Hedwigi de Swięcica, olim Gnosi Joannis Bobowski Consorti relictae, super bona sua p̄pria et haereditaria, seu alio quovis Juris titulo Concernens nempe Certam Sortem in Villa Dębow Terra Premysliens. et Districtu Preuorscensi consistens, cum libera incisione in Silvis, ad bona villa Bialoboki et Markowa pertinens, modo obligatorio in

1078.

summa duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicorum obli-
gata, facta, et recognita; nec non de Intercisa certa inter
eandem olim Magnificam Bobowska Viduam ab una, et praefatum olim
Generosum Korniakt, ab altera partibus, ratione eorundem
bonorum, tum et certarum rerum et Conditionum in
eadem Intercisa Contentarum, de Actu et data ipsius hic
Premysliae, Feria tertia post Festum Sanctae Agnetis Vir-
ginis et Martyris proxima, in Anno Millesimo Sexcente-
simo Decimo Nono, Confecta et Conscripta, manibus
Contrahentium subscripta, et Actis Terrestribus Premysliensibus
cum interpositione Vadii summae Duorum Millium et Quin-
gentorum florenorum polonicorum roborata, atque per oblatam ad
Acta Officii praesentis in Anno Millesimo Sexcentesimo Qua-
dragesimo Secundo porrecta, eiusque Inscriptione robo-
ratoria: tum de summis binis, prima quidem Duorum
Millium et Quingentorum florenorum polonicorum In Inscriptio-
ne praedicta obligatoria: Altera vero summa Quingento-
rum florenorum polonicorum in Intercisa memorata Conten-
torum, super bonis memoratis Certa Sorte in Villa Do-
bow Consistentibus, per eundem olim, Generosum Constantinum
Korniakt, memoratae olim Generosae Bobowska modo prae-
misso obligatorio assecuratae inscriptis: per eandem vero
Generosam Bobowska, Generoso olim Adamo Sulimowski Actis
Terrestribus Premysliensibus Condescensis: post mortem vero
praenominati Generosi Sulimowski, ad Generosos Mariannam de
Boratyn, eiusdem Generosi Sulimowski Consortem, et Sa-
muelem, Albertum, atque Sigismundum Sulimowskie, filios,
et Successores legitimos, Iure Divino, et naturali Suc-
cessione devolutis: praefatos vero Generosos Mariannam de
Boratyn Sulimowska matrem, et Samuelem Albertum,
Sulimowskie filios, suo et praefati Generosi Sigismundi
Sulimowski fratris sui nomine, in personam Generosi An-
dreae Zdanski, Actis Terrestribus Premysliensibus trans-
fusa: Nec non de Summa alia, Duorum Millium
florenorum polonicorum, suprascripto Generoso Andreae Zdanski per
Generosum Carolum Franciscum Korniakt, super bonis memo-
ratis

Coram Actis Castren Capitan Premyslien ad solvendum modo simplicis debiti asseverata, atq de quibusvis Contractibus, inter eosdem Gnosos Korniakt et Zdzanski ratione bonorum suprascriptorum Conscriptis, eorumq Roborationibus, Praemissa fusius enarrantibus: per eundem vero Gnosum Andream Zdzanski, Gnoso olim Joanni Szumowski Tribuno Terrae Premyslien, in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto, Actis Officij Praesentis Condescensis: ac tandem per Suprascriptum Gnosum olim Tribunum Premyslien, suprascripto olim Gnoso Petro Grotholski, marito, et parenti sui Recognoscens, itidem Actis Officij Praesentis, in Anno superius recensito transfusa: in se vero Recognoscentes morte suprascripti Gnosi olim Petri Grotholski, mariti et parentis sui, iure divino et naturali Successione devoluta: tum et de processibus Judiciarijs quibusvis in quovis Judicio et officio Regni eo nomine productis atq bonis ipsis suprascriptis, summis memoratis Jure Praesenti Cesso oneratis: Cum parata bonorum eorundem Intromissione, tuitione, evictione, pacificaq in hucusq per se Recognoscentem continuata possessione. Cum omni Praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et Praerogativa quavis, omnibusq et singulis tam Inscriptionis originalis obligatoriae, quam et subsequentis Cessionarum Contractuum, eorumq Roborationum Iurisq Praesentibus Cessi, Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus quibus Universis: Summarum quoq suprascriptarum, et bonorum summis memoratis oneratorum, Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, Commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsq et pertinentijs quibus Universis: nihil exprimissis Juris, dominij, proprietatis, ac cuiusvis Competentiae et Praerogativae, pro se Recognoscentibus, suisq successoribus, aut cuipiam alio reservando, seu excipiendo; Verum prout Praemissa omnia et singula ipsimet

Recognoscentes tenuerunt, habuerunt, et possidebant, ipsosq
concernebant ac eisdem legitime serviebant. iam exnunc
et defacto, Gnosae Heduigi de Kalin Zagorowska, olim
Gnosi Vladislai Zagorowski Consorti legitimae dere-
lictae Viduae, eiusq posteris (accepta ab ipsa praemis-
sis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cedunt
et Condescendunt, prout Cesserunt, et condescenderunt,
praesentibus, omneq et integrum Ius suum, sibi Recognoscen(tibus)
ad praemissa serviens, in personam praefatae Gnosae Zagorowska
Cessionariae suae, eiusq successorum totaliter et plenarie
transtulerunt, transfuderunt, et incorporaverunt, prout
praesentibus transferunt, transfudunt, et incorporant. In
quod quidem Ius praesens Cessum, summasq suprascri-
ptas, ac Bona summis eisdem onerata, praemissaq
omnia praesentibus transfusa, iam exnunc et defacto
Coram Officio praesenti, praedicti Recognoscentes, supra-
scriptae Gnosae Zagorowska, Cessionariae suae eiusq
posteris, Realem Intromissionem, et Attualem, pacifi-
camq possessionem, per Ministerialem quemcunq Com-
petentem, et Nobiles duos, die quacunq voluerit
officiose accepturos: per ipsam Gnosam Heduigim
de Kalin Zagorowska, Cessionariam suam, eiusq
successores, hoc idem Ius praesens Cessum, summasq
suprascriptas, ac bona, summis memoratis onerata,
praemissaq omnia per praesentes abscessa, Cum Universis eo-
rundem Utilitatibus et Usufructibus, competentiaq et
praerogativa quavis, tenendi, habendi et possidendi,
illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suo-
rumq Successorum quosuis beneplacitos Ususfructus,
libere et effectualiter convertendi, Iuris origi-
nalis, ea omnia latius in se complectentis, praesentisq
cessi et transfusi Vigore. Debent et tenebuntur
memorati Recognoscentes Gnosi Grocholscy, prout se ac
suos Successores, in et super bonis suis quibusvis omnibus

summisq pecuniarys quibusvis, habitis et habendis suprascriptae Gnosae Hedvigi de Kalin Zagorowska, Cessionariae suae, eiusq posteris, inscribunt et obligant praesentibus ipse et eius successores in dicto Iure Cesso Summisq suprascriptis, ac bonis Summis eis gravatis, praemissisq omnibus praesentibus abscessis, et ratione eorundem omnium, ab omni, et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis, status, et sexus, cuiusvis existentis, ex re, persona, et occasione sui Recognoscentium suorumq successorum Iurisq praesentibus Cessi tantummodo et non ultra modo quovis exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non hoc idem Ius praesentibus Cessum, summasq suprascriptas, ac bona, summis eisdem onerata, praemissaq omnia, praesentibus transfusa, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem bona, ex re itidem, persona, et occasione sui Recognoscentis suorumq successorum, tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona, praemissaq omnia per praesentes Cessa, importatis et importandis, [#] et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis, ex re itidem, persona, et occasione sui Recognoscentis, suorumq successorum tantummodo modo et non ultra quovis modo perductis et perducendis, emundare, et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, Coram Officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum, praesentibus Condescensorum, dum per Ministerialem, et Nobiles duos officiose requiret, non denegare, imo debebunt

[#] Luens damnaque et poenas, processibusque Iuris obviis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus

et tenebunt, eandem libere dare, et effectualiter ad-
mittere, dataq[ue] et admissa eadem, possessionem et Usum-
fructum, praemissorum omnium, praesens condescensor,
nec per se, nec per suas quasvis submissas et sub-
ordinatas personas, impedire, et adimere, ipsamq[ue] Ces-
sionariam suam, et ipsius posteros, in praemissis omnibus
praesens condescensis, nullo modo iniuriari, ita ut eadem
bona, praemissaq[ue] omnia, praesens condescensa, praenomi-
nata Cessionaria sua, sicq[ue] suiq[ue] cum posteris
quiete et pacifice inscriptionis praesentis Cessio-
narie vigore, tenere, habere, et possidere queat,
illisq[ue] uti frui possit. Idq[ue] sub Vadio summe Quin-
que Millium florenorum polonicorum per eosdem Reco-
gnoscentes Generosos Grocholskie, sive eorum poste-
ros, praedictae Generosae Zagorowska, Cessionariae suae,
aut illius successoribus, ob non completionem prae-
missorum omnium et singulorum, tam in toto, quam
in parte, toties quoties opus fuerit, ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem Vadio, modo praemisso
ad solvendum succubito, ac pro re aliqua princi-
pali, ex praemissis non completa complenda, Citati
existentes memorati Recognoscentes Generosi Gro-
cholscy mater cum filiis, sive successores ad instanti-
am suprascriptae Generosae Hedwigis de Kalin Zago-
rowska Cessionariae suae, aut eius successorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense,
extune recessu suprascripto, quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationis ter-
mino, tanquam peremptorio, stare, iuri parere,
respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptio-
ni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati de-
bebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad
eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum
terminum primum peremptorium et alios omnes

exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos sem-
per peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori mi-
norennitate successorum, legatione intra vel extra
Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Exer-
citum, vel alijs quibusvis dilationibus, et legali-
bus impedimentis, non differendo, ad Quietationes
praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capi-
taneal. Premysliensis, Terminos, dilationem sibi non
recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, acea-
rum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poe-
nis simplicibus, vel triplicatis, Euasionibus, suspen-
sionis, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Con-
ventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et de-
fensis non subterfugiendo nec alio quovis modo euadendo
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemis-
sa omnia mediante.

6 cu

Iÿdem Grocholscÿ et Zago=rowska mutuo Roborant.

Comparentes personaliter, coram officio et Actis praesen-
tibus Castrensis Capitaneal. Premysliensis Generosa Anna de
Szumowo, olim Generosi Petri Grocholski Consors dere-
licta Vidua, bonorum generaliter omnium morte prae di-
cti Mariti sui derelictorum, domina Aduitalitia,
et Reformatoria, et Paulus atque Bartholomeus Gro-
cholscy fratres inter se germani, eiusdem olim Generosi
Petri Grocholski filij ab una: et Hedwigis de Kalin
olim Generosi Vladislai Zagorowski, consors dereli-
cta Vidua, parte ab altera. Sani mentibus et cor-
poribus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus,
Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs, et competen-
tibus recedendo, praesenti vero Castrensis Capitaneal.
Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc atti-
net, se cum successoribus, bonisque suis generaliter